



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Joannis Mauritii Gudeni Historia Erfurtensis Ab Vrbe  
Condita Ad Reductam**

**Gudenus, Johann Moritz von  
Erfurti, 1675**

VIII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11903**

nensis atque Argentoratensis, Cathedrales Ecclesiæ, quārum Comes iste Canonicus fuit, refellunt : ipse Spangenbergius alibi hunc Georgium Comitem agnoscit.

## VIII.

*Kelnerus  
clam Saxonibus  
Kapplendorffii  
oppignorat.*

\* MDIX.

*Onus æmisi  
alieni urbi  
premit.*

Accessit aliud facinus, quod unā cum superioribus ingentes postmodum turbavit. Supremus plebis tribunus seu primus Quatuorvir Henricus Kelner imperialem præfecturam Kapplendorffii (a) † octo millibus florenorum Saxonibus oppignoraverat, nec Senatus, nec civibus consultis. Illi arcem cum pagis occupant: nemo erat, qui increpare temeritatem auderet, immo nec querere licuit quod ignorabat civitas, an vendita, vel oppignorata præfectura esset? \* Non collectæ † nec vectigalia prodigæ dispensationi sufficiebant; fides insuper ruentis ad inopiam Urbis apud exterios defecit. Ipsi cives precibus violentis ad credendum inducti; sed haec omnia parum ad levamen ad correctionem mali nihil conducebant, dum fons hujus, pessima redditum administratio non emendabatur; eo miseri creverat, ut occultari amplius non posset. Instabant creditores plerique potentes, hic Capitalis, alias usurarum, ille præterea causatorum sumptuum exsolutionem urgebat. Vacuo interim ærario

a) Anon. Chronica Erfurtensis MS. & varia documenta publica in Archivis extantia hæc & sequentia abundè referunt.

frustati, cives extrà Urbem passim infe-  
 stant, capiunt, atque pignoris instar pro  
 nomine retentant, postmodum suæ cau-  
 sæ judices sub expensarum coloribus ad al-  
 terum tantum nomen extorquent. Sena-  
 tus in angustiis trepidat, † utque miseriæ  
 magnitudinem sciret, redditum & expen-  
 sarum calculum reducit, reperitque istas  
 ab his aliquot millibus superari. Videba-  
 tur necessitas omni consilio major, ac  
 dum † eluctari non posset, communi  
 desperantium more in votis altercabatur.  
 † Pars ad communitatem civium rem de-  
 ferendam censuit. Senatum oneri imparem,  
 tam immensa nomina solvere non posse: crescere in-  
 dies pericula & damna, quæsin ulterius occultaren-  
 tur, idem Senati obventurum, quod domestica in-  
 spensæ celantibus, dum per momenta crescens malum  
 impari ope extinguere conantur, usq; dum illud cum  
 edificiū ruina semet ipsum ostendit. Reditus ordina-  
 rios expensis ~~magiores~~ <sup>minores</sup> calculum docuisse, de novis igi-  
 tur obventionibus dispiciendum, quæ cum aliundæ  
 quam de civium bonis accipi nequeant, æquum esse ne-  
 cessitatem iis manifestari, sed & collectas libentius  
 suscepuros, si quo consilio indictæ sint, resciant. Alii †  
 sanctissimo silentio involvēda omnia censu-  
 erunt: Armis & numero potentem plebem, nec  
 Senati satis amicam, quem peculatus, & atrocio-  
 rum criminum insinulet; solum Ducem abesse multitu-  
 dini ad seditionem prona. Quod si aeris alieni quan-  
 titatem opinione majorem intelligat, quanta indigna-  
 tione, quibus conviciis Senatum sit petitura? nec  
 Ducem defuturum, postquam multitudo publicè calum-  
 nia-

*Senatus a-*  
*trocitate*  
*malipercul-*  
*sus hæfitat.*

*Inter se dif-*  
*sider.*  
*Alii æs ali-*  
*enum civi-*  
*bus manife-*  
*standum*  
*censent.*

*Alii negant*

niabitur. Nihilmoderati à concitata plebe spem dum. Quæ causa mali? cur debita contradicātum tumultuantibus demonstrandum, qui miseri am omnem imperantium culpæ imputabunt. A quid Tribunis plebis cum tanta potestate Senatum arguent, si necessitates publicæ pro remediiis ad communatatem deferendæ esse hanc civilis societatis legem, alii imperent, alii obedient, nec his gubernandis testatem subjiciendam. Ipsius tempus monere periculum, eundem annum instare, (a) cum ante duo scula fatali motu plebs contra senatum crītas exerēt hominibus, sic Rebus p. sua temporum climata priculis horrere. Igitur adversæ fortune, furoris exercendi occasionem haud præbendam: è curia petendum remedium, cui salutem suam Civitas commisera.

*Regens Se-* Neutra pars + alteri persuasit, divisus ergo natus dum regens Senatus, ex more Civitatis quatenus reliquos, nuperrimis annis curiā funeris non potest, eos, in consilium vocat, apertisque æraria reliqua collégia invocat.

*Es alienū ad populum* inopia, ut delatio ad civium communitatē pluribus votis decerneretur. Indicitur comitium, & ad congregatos per quatuor Urbis regiones cives delegati mituntur: magno onere Civitatem premi, cuius levamen Senatus omni consilio habet. Enus quæsiverit, æs alienum esse quod urgeat, non suā, nec fortè majorum culpā, sed adversarum rerum violentiā contractum: evacuari usuris ærarium, ut ex-

(a) *Vid. sup. Anno 1309.*

expensis amplius non sufficiat, hinc annuè debita augeri, solâ morâ invalefcere malum, atque tot ex alveis inundare Remp. quot creditores existunt. Igitur ut communitas vigilantiam Senatus, & curam intelligat, ei aperiri necessitatem, & in partem solicitudinis vocari. Vellent cives in medium cum Senatu consulere, quanto onus, priusquam Civitas succumbat, levigetur: Seligeret per singulos districtus Quatuorviros, concordiae, & commodorum Civitatis amantes, his Senatum æris alieni quantitatem ostensurum, cumque iis sedecim, quomodo Resp. è tantis angustiis extrahenda sit, delibera-  
tum † murmure excepit hæc populus, an- *Plebs mur-*  
te vulnus acceptum deliberari debuisse, *murat.*  
declinare malum prudentis esse, de reme-  
diis etiam fatuos ab eventu moneri. † *Eligit Ora-*  
Attamen singuli districtus, ut Senatus pe- *tores qui Se-*  
tiuit, Quatuorviros elegerunt, prudentes *natum ade-*  
& qui loqui, quod sentiunt, auderent iis, *ans.*  
ut de nominibus cum Senatu consulta-  
rent, mandatum. At hi suscipere in se  
negotium detrectant: periculosam rem  
esse, cum potentioribus agere, quibus  
nunquam veritas impunè dicatur, quan-  
tis odiis irritandus sit Senatus, si culpas,  
& æris alieni causas accuratius indagarent?  
veruntamen pro patria, pro Reip. utilita-  
te se pericula subituros, si communitas de  
omni damno caveat, & stipulata manu  
protectionem Sancta Fide promittat.

Ac-

*Mandatis  
instruit.*

*Senatus er-  
vorem sero  
advertisit.*

*Emendare  
studet.*

*Æris alieni  
quantitas*

*Electorum  
ad populum  
relatio.*

Acclamatum † est à multitudine, Sentum audacter objurgarent, his tot mille dexteris incolumes futuros, ne quid autem, nisi ex populi consilio Senatui proponerent, aut cum eo paciscerentur, sed minustissima quævis ad communitatē referrent, injunctum. Publicè hæc agebantur, & statim ad curiam delata, tunc † primum Senatus errorem consilii, quod culpas suas ad plebem detulisset, videbat eratque deliberationum summa, quomodo adversus populum se muniret. † Placuit cunctando illius servorem declinare, vehementes esse plebis affectus, sed breves, nec nulla re magis, quam moræ remittere: Nihil diu urgeri, quod multi uident. Simulatis occupationibus aliis, electos ad se vocare Senatus differt, ast populus elapsis aliquot septimanis, moræ impatiens, suis, ut Senatum accedant, promissamque æris alieni designationem urgeant, demandat. Ascendunt illi Curiam, nuperrimi Comitii Senatum monent, ac mandata exponunt. Hic turbatus menustra exhibet, † computatur æs alienum, & sexcentorum millium aureorum reperitur: attoniti ad hæc electi, populo se relatuos ajunt. Die postero cives convocantur, ad quos electi: † Interpellasse se communitatis nomine senatum, & æris alieni quantitatē ursisse, adferre se talia, quæ meliora vellent, ac dolore quod tristi nuncio populum terrere debeant: Registra, matriculas sexcenta milia aureorum, que Sendens, populusq. Erfurtensis debeat referre. Liquida-

hec debita esse, atq; creditorum annuam fidem trigin- Multitudo  
ta millibus emendam. Terror + primùm in si- concitatnr.  
lentio multitudinem continuit, postmo-  
dum murmura, & dissonæ voces, demum  
secuti clamores, omnia dira Senatui im-  
precabantur: non prædia sua, non bona tanto  
nomini sufficere; venditos à Senatu, non se modo, sed  
liberos, & nepotes, ad quos præsens ætas onus facul-  
tatibus suis majus transmissura fit. Electi plebem  
ab impetu + retrahunt: arduam rem esse, quæ Electi sedā  
non irā sed ratione agi debeat: moneri Senatum de er-  
roribus suis humiliter, ast non lacestrri posse, hoc re-  
bellionem omnibus ætatibus adiosam redolere: delatu-  
ros se populi desideria, si moderata committantur,  
ferocis tumultūs clamores sine legatis ad curiam ventu-  
ros. Mitigatus his plebis impetus, electis, fut  
Senatui dolorem communitatis, referat in- Populus ul-  
junctum: non pericula, non jacturam terioribus  
fortunarum ab obsequiis cives retracturos, mandatū  
obedientes ad justa quævis imperia: sed Electos  
miseram ærarii conditionem se dolenter instruit.  
percepisse, præstitas hactenus frequen-  
tes collectas, vestigalia, de cibis, potu-  
que redditus in fiscum delatos, & hosta-  
men ærarii necessitatibus non suffecisse, ut  
insuper tam incredibilis summæ debita  
contraxerit? fidem suam hæc superare,  
petere igitur, + Senatus ab annis trigin- Reddirati-  
ta fisci rationes ederet, ut videret com- ones petit.  
munitas, quorsum collectæ civium, &  
tot pecuniæ à creditoribus acceptæ perve- Promittit  
nerint. Accedunt electi Senatum, & Senatum ra-  
mandata exponunt, ille + priusquam im- tiones.  
pro-

provisi postulati momenta perpendere  
annuit, sic tamen, ut ultimam spem  
cunctatione servaret. Sedata nonnulla  
indignatio plebis videbatur, sed offendit  
his postulatis Curiam omnes credebant  
igitur de eripiendâ vindictâ potentia con-  
sultatum est. ¶ Senatum portas, valla  
turres Urbis, imò Cyriaciburgum præsidit  
tenere, claves ipsas & militarem tesseran-  
sub arbitrio Consulis esse, quam facile in-  
tromisso milite externo cives opprimi va-  
lerent? nunquam socios huic stratagema-  
ti defuturos, qui per discordias civiles ur-  
bem ingredientur, ac dum partem unam  
juvabunt, utramque oppriment: nec de  
Senatus ausu dubitandum, ex legibus Juli  
peculatûs, de residuis, & repetundarum  
postulati, periclitari famam ejus, & bo-  
na, magnorum moliminum incitamenta  
eripiendum illi publicæ securitatis arbitri-  
um, & cum hoc populum opprimendi  
facultatem: irent electi, atque à Senatu  
claves, & urbis vigilias peterent, sponde-  
rent tamen citra curiæ periculum hoc fore  
populum pro Reip. incolumente faculta-  
tes & animam positurum. Exequuntur  
mandata electi, tradi custodiam Urbis  
communitati petunt. Senatus maleacta-  
rum rerum conscientia timidus, munici-  
menta occupandi licentiam segni errore  
indulget, statim multitudo plebis arma-  
tur, valla & arcem implet, simul imperi-  
um

*Claves ur-  
bis & custo-  
dice senatui  
extorquen-  
tur.*

um eo usque occupat, ut Senatum etiam invitum in officio continere posset. Variatum † in discursibus, unde moles incredibilis æris alieni Civitatem obruiisset? crimi peculatūs communiter, sed & aliis imputatum: Saxoniam protectiōnem plus centenis quinquaginta millibus aureis stetisse. Urbem Ducibus vētigalem factam, dum singulis annis mille quingenti penduntur. In Noveſianam expeditionem superba prodigalitate quater centena millia aureorum insumpta. Schisma Dietherum inter & Adolphum, litigies cum Sede Moguntina, Sequeſtrum præcipue, subſecutosque tractatus, munimenta urbis & arcis, ac ob hæc Romanas legationes, immensam auri argenti que ſummam hauiſſe.

Vnde Civi-  
tas tādā æris  
alieni ſum-  
mam con-  
traxerit?

Obtentis armis † rationes iterum urgēntur: interim ii, quos malēactorum memoria premebat, † Saxonibus necessitatē ſuas aperiunt, qui consilium & opem pollicentur: his promissis inermis Senatus ſerā audaciā intumuit, cumque moram interpellaret populus, & rationes interatō peteret, † earum editionem ele- cti negat: *nova eſſe plebi desideria, nec minus edere ratio- inuſta: Senatum ſuccesſoribus ſuis in Curia, non po- pulo ad ratiocinia teneri, hæc majorum instituta, has leges, ſanctas civibus, & quæ non niſi à rebelli- bus impugnantur.* Obitupescunt ad repulſam electi, iterumque rationes urgent: vanam renitentiam fore, arma & custodi-

## IX.

*Vrgetur ra-  
tionum edi-  
tio.*

*Malè ſibi  
conſciī Sa-  
xones invo-  
cant.*